

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Pena siue punitio f  
cum fontibus proximo et primo

Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis,  
prius purgabitur igne purgationis.  
Hic ignis et si non sit eternus,  
miro tamen modo grauis est.  
Superat enim omnem penam,  
quam homo unquam passus est in hac uita, uel pati potest.

Augustinus in sermone de igne purgatorio  
et ponitur XXV. distinctione.

Item Augustinus in libro de uera et falsa penitentia c. 18. →  
Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis,  
prius purgabitur igne purgationis. ←  
Hic autem ignis, etsi, eternus non sit,  
miro tamen modo grauis est.  
Excellit enim omnem penam,  
quam unquam aliquis passus est in hac uita, uel pati potest.

Gratianus, *Decretum*, 1.25.5 (*Corpus iuris canonici* 1,  
A. Friedberg ed., col.94).

Sed etiamsi conversus uita uiuat, et non moriatur:  
non tamen promittimus quod euadat omnem poenam:  
nam prius purgandus est igne purgationis,  
qui in aliud saeculum distulit fructum conuersionis.

Hic autem ignis etsi aeternus non fuerit,  
miro tamen modo est grauis:  
excellit enim omnem poenam  
quam unquam passus est aliquis in hac uita.

Pseudo-Augustinus, *De uera et falsa poenitentia ad Christi*  
*devotam*, 18 (PL 40, col.1128).